



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm. Servandi Pvblicas, Sacrasqve Processiones,  
Sev Svplicationes, Tam Ordinarias, quae fiunt certis  
diebus per annum; quàm extraordinarias, quae varijs ac  
publicis Ecclesiae de causis in ...**

**Coloniae Agrippinae, 1640**

De officio faciendo in exequijs absente Corpore defuncti, & in die tertio,  
septimo, trigesimo, & anniuersario

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9480**

Iustis his funeralibus persolutis , popu-  
lus in pace dimittitur , aut pro consuetu-  
dine loci , si ante non factum , sacrum incipi-  
tur , aut comites funeris domum reducun-  
tur in gloriam eius , qui dedit ad inferos  
& reducit . Missa tamen , si hora fuerit  
congruens , ritu pro defunctis , ut in die obi-  
tus , non intermittatur , ( etiam quantum  
fieri potest praesente corpore ) nisi obstet  
magna diei solemnitas , aut aliqua necessi-  
tas aliter suadeat , ut post Missam fiat us  
supra .

DE OFFICIO FACI-  
endo in exequijs absente  
Corpore defuncti , & in  
die tertio , septimo , trige-  
simo , & anniuersa-  
rio .

**S**i facienda sunt exequiae absente cor-  
pore dicto officio defunctorum si di-  
cendum sit & Missa , ea omnia fiunt quae  
supra titulo : Post Missam prescripta

G 4

sunt

sunt usque ad Orationem exclusiue tantum  
cuius loco potest dici ea que dicta est in  
Missa, vel alias conueniens, aut haec subse-  
quens.

## ORATIO.

**A**bsolute quæsumus Domine ani-  
mam famuli tui (vel famula tua)  
ut defunctus, (vel defuncta) saeculo tibi  
viuat, & peccata, quæ per fragilitatem  
carnis humana conuersatione commi-  
sit, tu venia misericordissimæ pietatis  
absterge. Per Christum Dn. nostrum.  
R esp. Amen.

Si officium fuerit pro pluribus defun-  
ctis, Oratio & versus supra prescripti di-  
cantur in plurali numero: si fuerit mulier,  
in genere feminino; si fuerit sacerdos vel  
Episcopus, in Oratione exprimitur nomen  
dignitatis, &c.

Prædictus autem Officij ritus pro defun-  
ctis adultis tam sacerdotibus & Clericis,  
quam secularibus & laicis seruari debet in  
Officio Sepulturæ in die depositionis, siue  
in die tertio, septimo, trigesimo, & an-  
niuersario.

DE